

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO. D. D. HIERONYMO MANRIQVE FIGVEROA, SALMANTICENSIS ECCLEsiæ meritißimo Præsuli, & à Consilijs Philippi Hispaniarum Regis, Dominus Ioannes de Ocon y Trillo S. P. D.





SATIS compertum habeo (Illustrißimè Præsul) temeritati & audaciæ mihi tribuendum fore, quod te virũ excellentißimũ præclaris, magnificis, & excelsis rebus assuetum exigui opusculi & nullius ferè ponderis Patronũ elegerim. Verùm audacia hęc nostra (clarißimè Antistes & gẽtis nostræ decus & ornamẽtum) nõ inhonestas omnino consilij sui causas habet. Etenim cum sis ipse literarum culmen omniumque bonarum artium & disciplinarũ specimẽ meq; tot & tã innumeris beneficijs deuinctũ & cũmulatũ habeas: cui quæso ingenij monumẽta cõmendari vel melius possunt vel potiori iure debent quã tibi? Maximè cũ hi tenues & paruuli labores nostri eũ tendant scopũ: vt omnibus prælatis beneficiarijsque ecclesiasticis recta residendi in ecclesijs diuinisque officijs interessendi ex sacris litteris, Pontificum respõsis, Conciliorũque decretis decerpta, norma tradatur. Et teipsum ecclesiæ, gregisque tui ita acerrimum & vigilãtißimum custodem exhibeas, vt nulla nobis superesse poßit suspicio, quod inscio te lupus tuas oues comedet. Ea enim solicitudine gregi tuo inuigilas, & incumbis eumque verbi diuini prædicatione Sacramẽtorum administratione, ac bonorum omnium operũ exemplo pascis, pauperũ, aliarumq; miserabi-

lium personarum curam paternam geris, & in cæteris munia pastoralia præstas, Vt iure optimo reliqui ecclesiarum Antistites te tanquam rectissimum omnique ex parte exactissimum exemplar præ oculis habere sectarique debeant. Age igitur Illustrissime Præsul, & hilari frõte alacrique vultu exiguum hoc munusculum excipe & illius patrocinium suscipe. Vt nos omnino culpandi non videamur si hunc tantum conceperimus animum, vt tibi opusculum nostrum dicari ausi fuerimus. Vale.

IN LAVDEM OPERIS.

Carmen.

QVicumque custodes hominum, & alti gregis
Diademate nitida tempora sacro cingitis,
Illustre, & excelsum sacerdotum genus;
Si nosse iuuat, & penitus animaduertere
Qua debeant ratione commissas oues
Præsenti ope tueri: nec ab ouili procul
Recedere; hoc qui substinent munus graue:
Oconis erudita perpetuò opera
Versate, voluite, & animis, & mentibus
Expendite, ducem præbet ipse se omnibus:
Pericula ipse monstrat, & præcipitia:
En ipse certam munit ad superos viam,
Quam qui tenuerit, tramite à recto nihil,
Deflectere vnquam poterit; ille in offenso pede
Et expeditùm & facile conficit iter:
Seq. administrum maximi geret Dei.

DOMINI IOANNIS DE OCON Y TRILLO vtriusque iuris Licentiati & celeberrimi collegij Diui Bartholomæi collegæ, iurisq; pontificij publico stipendio in florentissimo Salmanticensi Gymnasio professoris in c. vnic. de clericis non residentibus, lib. 6. Commentum.

In quo fructuum beneficiorum distributionumq; quotidianarum, ac necessariæ omnium prælatorum & beneficiariorum residentiæ materia latè disputatur, & multa Romanorum Pontificium, Iureconsultorumq; responsa, & concilij Tridentini Decreta accuratè interpretatur: Nunc primum in lucem editum in communem vsum & vtilitatem studiosissimæ & florentissimæ iuuentutis. Sub tutela & præsidio Illustrissimi ac Reuerẽdissimi D. ac DOMINI HIERONYMI MANRIQVE Ecclesiæ Salmanticensis meritissimi Præsulis, Regijq; Consiliarij.

SVMMA RERVM.

24 Vtrum lege fieri possit quòd absentibus & non interessentibus diuinis officijs distributiones quotidianæ præstentur.

25 Lex positiua ex causa ius diuinum interpretatur.

26 Consuetudo irrationabilis non derogat legi.

27 Vera interpretatio l.2.C.quæ sit longa consuetudo & cap.consuetudinis. 11.dist.

28 Noua declaratio pragmaticæ frumentariæ.

29 Nouus intellectus.c.1.de consuetudine.in.6.

30 Reprobatur Menochius indistinctè affirmans consuetudinem legi contrariam irrationabilem esse.

31 Sublata consuetudine per legem an præterita tantum, vel etiam futura sublata censeatur?

32 Et vtrum in hac specie ordinaria solum, vel etiam immemorialis tolli videatur, satis inter scribentes controuertitur.

33 Et illud esse proculdubio verissimum, quòd quotiescunque consuetudo, vt iniqua & irrationabilis à l.tollitur, immemorialis etiam sublata censetur. & hic est verus sensus nostri tex.

34 Quid sit residentia, & quis propriè, in beneficio residere dicatur?

35 Aliud esse residere in beneficio, aliud verò interesse diuinis officijs.

36 Triplex residentiæ species.

37 Familiares episcoporum, & litteris operam dantes in vniuersitate approbata pro residentibus iudicari.

38 Nouus sensus. cap. ex parte in. 2. de clericis non residentibus.

39 Quo iure fuerit inducta residentia.

40 Qui residere teneatur.

41 Et vtrum Papa præcepto residentiæ adstringatur.

42 Et vbi ipse curiam habet, ibi dicitur Roma.

43 An Patriarchæ ad residedentiam obligentur. & de eorum origine.

44 Et quid de cardinalibus & de eorum etiam origine & creatione.

45 Intellectus.c.2.de cleri.non residen.

46 Decreta concilij Trid.sess.6.cap.1. de reformatione.& sess.23.c.etiam. 1.de reformatione declarantur.

47 Archiepiscopi qua ratione ad residentiam obligentur.

48 De residentia episcoporum, & eorum institutione late disputatur. & qualiter puniantur episcopi nō residentes.

49 Quid sit dignitas & de residentia eam obtinentis.

50 Parrochi iure diuino, residentiam necessariam fore reiectis multorum opinionibus.

51 Et vtrum sine licentia episcopi saltim per duos mēses à concilio indultis abesse possit explosa opinione Nauarri declaratur.

52 An obtinentes beneficia simplicia teneantur personaliter residere, & quid circa id consuetudo induxerit, latè disputatur.

53 Vera nostri text. declaratio in hac specie.

54 Habentes beneficia simplicia in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis omnino ad residentiam obligari. quacunque consuetudine exclusa.

55 Plures referuntur causæ a residentia excusantes.

56 Iuste appellat, qui habens iustam excusationis causam residere compellitur.

57 An dispensatus de non residendo sine iusta causa sit tutus in foro conscientiæ?

58 Legitimè a residentia excusatur, qui studiorum causa abest.

59 Eugenianæ constitutionis & decretorum Concilij Trid. de hac re disponentium, non contemnenda declaratio.

60 De pœnis non residentium & forma procedendi contra eos, cum nonnullis declarationibus eiusdem Concilij Trid. latè agitur, & Motus Proprij Pij.V. in hoc disponentes adducuntur.

61 Consuetudo legitimam excusationem tribuit a residentia.

62 Beneficiarij diuinis interessentes dominium distributionum acquirunt.

63 Et ea ratione de eis testari possunt, etiam iure communi inspecto secundum communem, sed veriorem esse, contrariam sententiam, defenditur.

64 Text. noster vere intelligitur, & in casu speciali prædicta communis saluatur.

65 Vera concordia & conciliatio inter nostrum text. & cap. cum non deceat: de electione. in. 6. reiecto intellectu Archi. & sequacium contra quos noue expenditur noster tex.

66 Absentem a choro, & diuinis non interessentem ex causa infirmitatis, vel alterius corporalis necessitatis iure communi sublata etiam consuetudine distributiones lucrari, explosa contraria sentētia Philippi Franci.

67 Grauatus ad celebrandum quotidie ex fundatione capellaniæ, non tenetur per se, nec per alium quotidie celebrare, & optima assignatur cautela, vt capellanus compellatur quotidie celebrare.

68 An famulo infirmo sit præstandum salarium, etiā pro rata temporis, quo fuit infirmitate detentus.

69 Canonicum infirmum distributiones minimè acquirere, si tempore rectæ valetudinis, non consueuerat diuinis interesse.

70 Quæ dicatur corporalis necessitas: aliquibus declaratur exemplis.

71 Iniuste incarceratus quotidianas distributiones lucratur.

72 Excommunicatus ipso iure fructus beneficij amittit, etsi eos perceperit in foro conscientiæ ad restitutionem

tutionem tenetur, absq; vlla cōdemnatione & declaratione.

73 *Glossa in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. optimè explicatur.*

74 *Iniustè excommunicatum, & fructus prebendæ & distributiones quotidianas posse percipere, si tempore excommunicationis præsens erat in loco beneficij, & ante eam solitus erat diuinis interesse.*

¶ *Et quibus accrescant portiones absentium, & Horis Canonicis non interessentium, tetigimus supra. num. 23.*

Bonifacius Octauus, in cap. Vni. de cleri. non residentibus. lib. 6. quæstioni ex facto emergenti respondet his verbis.

1 
Onsuetudinem, quæ in quibusdā partibus inoleuit qua canonici, & alij beneficiati seu clerici Cathedralium, & aliarum collegiatarum ecclesiarum, distributiones quotidianas (quæ aliàs manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur) qualitercūque in ciuitatibus seu alijs locis (in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ) sint presentes, licèt diuinis officijs non intersint, ex integro percipiunt, ac si continuè ipsis ecclesijs, in eisdem officijs deseruirent, penitus improbantes. Statuimus, vt distributiones ipsæ quotidianæ in quibuscūq; rebus consistāt, canonicis ac alijs beneficiatis, & clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officijs in ipsis ecclesijs adfuerint, tribuantur iuxta Ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam seu etiam faciendam.

Qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquā receperit (exceptis illis, quos infirmitas seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, imò ad omnium restitutionem, quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniuersarijs largiendis, idem decernimus obseruandum.

QVod respōsum elegans & præ cæteris sua merita vtilissimum interpretandū assumpsit ex assignatiōe ab illustri admodū DOMINO ANTONIO VENEGAS HVIVS CELEBERRIMAE ACADEMIAE SALMANTICENSIS RECTORE VIGILANTISSIMO eiusdem Academiæ instituto facta cathedræ Vesperorum Sexti libri candidatis.

Et secundum magis cōmunem scribentium in quatuor partes diuiditur. In prima cōsuetudinem refert & eam improbat: In secunda, determinat: In tertia, pœnā apponit cōtrauenietibus, à qua duos excipit casus: In quarta & vltima decisionē extēdit. Prima est in principio: Secūda, in versiculo Statuimus: Tertia, in versiculo, Qui verò: Quarta & vltima, in versic. De distributio-

butionibus, & omisis aliorum summis hæc totam contexturam complectitur, ac proinde ei magis conueniens videtur

SVMMA.

Nulla potest consuetudine induci, vt clerici diuinis officijs non interssentes distributiones quotidianas lucrētur: quā uis in locis, in quibus ecclesię consistunt, sint residentes: & sine interessentia eas percipientes, ipsarum dominium nō acquirunt, & ad restitutionem tenentur. Et idem est de distributionibus, quæ pro anniuersarijs defunctorum præstantur.

Sed pro dubitādi ratione primò sic argumētor: quod potest fieri per legem, pōt etiam per consuetudinem induci. l. de quibus. ff. de legibus. c. si clericus laicum. c. cùm contingat. cum allis, de foro compet. Sed lege fieri potest, quòd absentibus & non interssentibus diuinis officijs distributiones quotidianæ præstentur. vt probat noster tex. in versic. qui verò. Ergo & consuetudine induci poterit.

Secundò, cōsuetudo derogat legi. c. fi. de cōsuetudine. d. l. de qbus. & in §. sed naturalia quidē iura. in vers. ea verò. instituta de iure naturali gentium, &c. Igitur quamuis lege canonica cautum sit, quòd distributiones quotidianæ solum interessentibus dentur: contrarium tamen, imò quòd etiam absentibus præstari posint, consuetudo legi contrariæ derogando poterit inducere contra nostrum text. qui contrarium determinat.

Tertiò sic argumentor. Constitutione, quæ consuetudinem tollit, præterita tantum sublata esse videtur, non verò futura. ex text. in clementina. statutum, iuncta glos. ver. consuetudine communiter recepta. de electione. Hic tamen non solùm præterita, sed etiam futura consuetudo sublata esse cēsetur ex illis verbis: penitus improbantes. Igitur minus iuridicè procesit Bonifacius octauus in præsenti.

Quartò sublata per legem consuetudine ea, quæ ordinaria est, decem vel viginti annorum, tolli censetur, non verò immemorialis, ex text. in. l. hoc iure. in §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æstiua. iuncta. l. seruitutes prædiorum. ff. de seruitutibus, tit. generali. Quibus probatur, quòd licèt seruitutes discontinuæ non præscribantur: id tamen intelligendum est de præscriptione ordinaria, secùs de immemoriali, prout etiam adnotauit. glo. in. ca. 1. §. præterea. ver. præscriptione de capitulis Corradij. & in. ca. 1. eodem ver. de prohibita alienatione, per Federicum in vsibus feudorum. Hic tamen non tantùm ordinaria: sed etiā immemorialis tolli videtur ex eisdē verbis, nostri tex. ibi, penitus improbātes. Igitur.

Quintò, consuetudo legitima causa reputatur, vt valeat quis à residētia excusari, & fructus beneficij sui lucrari, ex tex. in c. dudum. in. 2. iūcta glos. ver. retinere. de electione, & in cap. conquerente. ver. deseruiat. extra, hoc tit. tenet etiam glo. fina. in. c. cum omnis, de constitutionibus, vbi testantur cōmunem Abb. nu. 10. Felin. nu. 32. & Decius nu. 1. & est similis glossa in c. gratia. ver. de iure. & in ca. fin. ver. fructibus. de rescriptis, supra hoc lib. 6. quas sequitur Ioānes de Selua in tract. de benficio. 4. part. q. 2. num. 1. volu. 15. tractatuum diuersorum Doctorum. & Petrus Dueñas reg. 134. vbi proponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus: contrarium tamen videtur statuere Bonifacius octauus in præsenti. Ergo.

Sextò & vltimo argumentor ex text. in c. cum non deceat. de electione: suprà, hoc libr. 6. vbi etiam absens ob ecclesiæ vtilitatem distributiones quotidianas minimè adquirit: contrarium tamen determinat. hic tex. in ver. qui verò. Igitur.

2 Quibus tamen argumentis non obstātibus, vera & iuridica est nostri tex. dispositio, & optima ratione defenditur, & ful-
3 citur, nempe, quia consuetudo inducens vt absens, & personaliter non asistens diuinis officijs distributiones quotidianas lucretur,

lucretur irrationabilis & iniqua censetur. Vtpote contraria ipsius actus Naturæ: distributionum enim quotidia-
4 narum ea est propria natura, vt ijs qui vere intersunt diuinis officijs competant: & non alijs, vt voluit glo. hic. verbo, præsentes, & facit regul. tex. in c. fi. de rescript. supra hoc libr. 6. vbi ad idē est bona gloss. verb. exceptis & optimè comprobat Concil. Trid. ses. 24. c. 12. de reformatione, in versi. distributiones verò, vbi quæuis collusio, aut re-
5 missio conbeneficiatorum excluditur contra opinionem. glo. hic verb. suas. & Martini Nauarri in Manuali Hispa-
6 no. c. 25. nu. 133. Consuetudo autem iniqua & irrationabilis nullius momēti, est. c. cum dilectus. c. ex parte. ca. fin. de consuetudine. & latè resoluit Menochius de arbitrarijs iudicū, casu. 82. Merito ergo huiusmodi consuetudo improbatur à Bonifacio. 8. in præsenti.
7 Est & alia ratio decidendi ad nostrū text. scilicet, vt cultus diuinus augeatur valde enim diminueretur, si valeret cōsuetudo, vt distributiones quotidianæ, non interessentibus diuinis offi-
8 cijs præstarentur, ergo iure optimo talis cōsuetudo damnatur in nostro text. & in dict. c. 12 de reformatione
9 Ex quibus rationibus colligo. 1. intellectum ad tex. in c. licèt. 32. de præbendis. & in c. de cætero. hoc tit. de clericis non residentibus. in decretalibus. Quibus probatur, quod licèt scholares existentes in studijs, vel commorantes in seruicio episcoporum. habeātur pro præsentibus, & residentibus. & fructus suorum beneficiorum acquirāt. vt in c. super Specula. de magistris. & in c. ad audientiam. de clericis non residentibus, non tamen percipiunt distributiones quotidianas, quia illa non est vera: sed ficta præsentia, & cultui diuino nociua, vt post antiquiores resoluunt Couarr. lib. 3. Variar. c. 13. nu. 2. Dueñas. regul. 206. num. 3. & Didacus Perez. in. l. 8. tit. 2. libr. 1. Ordinam. pag. 74. & in. l. 1. titu. 10. libr. 1. eiusdem Or-
10 dinam. pag. 283. Pro qua opiniōe optimè facit quod habens priuilegium à Romano Pontifice, de percipiēdis integrè fructibus in absentia, ac si esset præsens distributiones quotidianas minimè lucratur ex tex. iuncta glo. in. c. fi. de rescriptis supra hoc lib. 6. vbi omnes notant. & glo. fi. in. c. 2. de priuilegijs, infra hoc lib. 6. & gl. hic, verb. adfuerint. Quas sequitur Calderinus, consil. 221. Felin. in. ca. Iacobus. nu. 1. de symonia. & Cassiad. decis. vni. Hoc tit. & est opinio communis secūdum Philip. Prob. hic, in additionibus ad Ioan. Monach. n. 50. & ita est tenendum reprobata. gl. 2. in c. cum dilectus. de clericis non residentibus, & reiecto. Hostiense in cap.
11 ad liberandam. de Iudæis. & ratio est quoniam appellatione fructū beneficij ecclesiastici, distributiones quotidianæ non comprehenduntur secundum Oldrald. d. consil. 118. num. 4. Seluam de beneficio. 3. part q. 12. nu. 33. & seq. volu. 15. diuersorum Staphyleum de literis gratiæ. titu. de formis expectatiuarum. forma. 9. nu. 44. & secund. Couarr. d. ca 13. nu. 1. & probat. hic, text. & in c. fi. §. in illis. de concessione præbendæ. infra, & est bonus text. in extrauaganti cum nonnullæ. 1. de præbendis.
12 inter communes. Vbi optimè declaratur, quæ dicatur grossa beneficij. & distributiones quotidianæ.
13 Id tamen verum intelligas, nisi in tali ecclesia omnes fructus beneficij in distributionibus quotidianis consisterent. Tunc enim illas lucraretur. huiusmodi priuilegiatus, vt priuilegium aliquid operetur secundum Dominicum Francum. & Probum, nu. 60. & 64. hic, & ita est intelligendus text. in c. olim. 16. de verb. significat. ita etiam accipienda est. glo. fi. ad fi. in. d. ca. licèt de præb. quicquid dicat. Abb. ibi. nu. 8.
14 Secundò, Principaliter colligo. ex

eisdem rationibus decidendi inualidã esse consuetudinẽ, quod habens duos canonicatus in diuersis ecclesijs percipiat distributiones quotidianas in vtráque ecclesia, licèt in vna tantum intersit diuinis officijs. Ita resoluit Cardi. in Clemen. vt ij qui. §. illi vero. nu. 81. de ætate & qualitate. quem sequitur Dueñas. d. regul. 206. nu. 2.

15 Valere tamen consuetudinem, vt habenti dignitatem cum cannonia duplices distributiones dentur, probat Couarr d. lib. 3. Variarum. c. 13. nu. 6.

16 Tertiò deducitur elegans interpretatio ad text. in Concil. Trid. sess. 24. ca. 12. de reformatione in versi. præterea. vbi obtinentibus dignitates canonicatus, præbendas, aut porciones in ecclesijs cathedralibus, aut collegiatis permittitur ab eisdem ecclesijs abesse per spatium trium mensium in quolibet anno, & fructus integrè percipere, ac si præsentes, & residentes forent: vt ali cuius consuetudinis prætextu minimè possint. distributionibus, etiam quotidianis frui, in dictis tribus mensibus: quia huiusmodi consuetudo esset irrationabilis & minueret cultum diuinũ.

Præterea tribueret clericis occasionem vagandi, vt inquit. text. in cap. fi. de rescript. suprà hoc lib. 6. quod summæ prohibitum est. cap. clericum. 45. d. cap. fi. 92. d. glo. in cap. non oportet. de consecratione. dist. 5. Item huiusmodi consuetudo præstaret occasionem peccandi, quoniã canonici: absq; rationabili causa abessent cum omne emolumentum præbendarum perci-
17 perent. Consuetudo autẽ tribuens occasionem peccandi infirma est. cap. ex parte. de consuetudine. Præterea hæc consuetudo minueret cultum diuinũ. dict. cap. fi. de rescript. supra, & facit. ca. ex parte. de constitutionibus. c. penult. & ibi glo. 1. de clericis non resident. & ita repugnaret iuri publico, quod consistit in sacris sacerdotibus. &c. l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur. Item hæc consuetudo est contra naturam distribotionũ quotidianarũ, quæ solis interessentibus debentur. cap. licèt. de præbend. c. alma mater. versi. tam canonici, quam clerici. de sententia excom. infra hoc lib. 6. Ideo valere non debet argum. text. in. l. cum precario. ff. de precario. & est glo. optima. in. c. 2. verbo, Officiali. versic. ex qua ratione. sequitur de consuetudine, supra hoc libro. 6.

18 Præterea qñ ratio legis est prepetua & semper durat, non potest per cõtrariam consuetudinem, vel legem derogari. D. Thom. 1. 2. q. 97. artic. 3. ad. 2. & Soto libr. 1. de iust. & iur. q. 7. arti. 2. ad secundum. Sed ratio legis canonicæ prohibentis distributiones quotidianas absentibus dari, perpetua est ex rationibus supra adductis: ergo non potest consuetudo in contrarium velere,

Vltimo, ex text. in hoc. c. vnico. vbi expresè reprobatur consuetudo quæ inducit quod absens lucretur distributiones, quem in vsum reuocat. Tridentina synodus. d. sess. 24. ca. 12. de reformatione. & hanc partem in terminis tenet Philippus Prob. in additioni. ad Monachum. in præsenti. nu. 34. versi. per quæ, & alia. Contraria tamen opinio (quam in pluribus ecclesijs seruari accepi) defendi potest.

19 Primò, ex eo quia ad capitulũ pertinet circa distributiones. statuere iuxta glo. in. c. cõstitutionem. §. cæterum. verb. statutum. de verb. signific. infra hoc lib. 6. quam dicit mente tenendã. Abb. in. c. cum omnes. nu. 4. & memorabilem Barbacia. ibi, col. 7. de constitutionibus. Ergo, & consuetudo poterit ab eo induci, vt in proposita specie, cum à pari procedant iuxta tex. & quæ ibi doctores notant in. l. de quibus. ff. de legibus.

Secundò,

20 Secūdò, si aliquo casu sit in iure ambiguum, an distributiones absentibus debeantur, consuetudo poterit ambiguitatem tollere, inducendo quod debeantur secundum Bald. quem refert & sequitur. Decius in.d.c.cum omnes. 1.lectura.nu.2.& Rochus de Curte.in c.fi.de consuetu.nu.132.volu.9.Tractat.diuersorum doctorum.sed in specie proposita. iure canonico nō est expeditum, eas non deberi.imo ex eodē, dubium est an debeantur. Ergo cōsuetudo inducere poterit vt debeantur.

Tertiò, & efficaciter eadem sententia suaderi videtur ex nostro text. vbi duo excipiuntur casus in quibus absentibus distributiones debētur quorum alter est, vbi aliqua necessitas corporalis subest.in quo proculdubio includitur casus interpretationis propositæ. ne vtiquam enim negari potest quin prædicti tres menses, nō solū ad rem familiarem. Verum etiam ad necessariā & honestam corporis & animi delectationem, vel recreationem à Concilio indulgeantur. Vt ministri ecclesiæ ex interuallo alacriori spiritu, ad cultum diuinum exequendum regrediātur: alioquin assidua & non interrupta intentio plerumq;, & corporis morbū & mentis tædium, seu tristitiam parit, argum.c.non mediocriter, de consecratione. dist.5. Ex quibus dissoluūtur ferè omnia fundamenta, cōtrariæ opinionis neque illud obstat, quod huiusmodi consuetudo est contra naturam distributionum quod parū obest obes-
21 set vtique, Si esset contra substantiam actus: quo casu loquitur, & intelligitur text.in.d.l.cū precario.ff.de precario.
22 Ea.n.quæ sunt substātialia actus, vel cōtractus tolli nō possunt, naturalia vero mutari possunt, secūdum gl.in.l.pacta conuenta.verb.Ex precio.ff.de contrahēda empt. optimus tex.in.l.nō dubitatur.iuncta.l.empti.ibi, nec te conuctione remisisse. C. de euictionibus. & in.l.emptorem.§.qui autem.habere.versi.ibidē ait.ff.de actionib.empt.

23 Quartò, subinfertur alius intellectus ad tex.in eodem.ca.12.de reformatione, scilicet, minimè licere vti prædictis tribus mensibus ab eo concessis absq; rationabili causa, & aliter vtentes, peccare & obnoxios esse restitutioni: ita voluit Paludan.in.4.Sentent.dist.15.quæst.5.in fin. & Doctissimus & nunquam satis laudatus Martinus Nauar.in repetitione.c.si.quando.notabili.5.num.18.de pœnitentia, distin.3.Sed durum est eos ad restitutionem obligare cum ordinatione ecclesię communi praxi recepta bona fide vtantur. quare eruditissimus & religiosissimus Frater Dominicus, Soto Segouiensis.libr.10.de iust.& iur.q.5.artic.6.col.pen.eos à peccato: & à restitutione excusare videtur. cuius opinionem acceptandam arbitror quo ad restitutionem, tam respectu fructuum quam distributionum quotidianarū, Cum vtrumq; bona fide percipiāt, Cōcilij autoritate inducta: præterea pro hac sentētia, respectu distributionum quotidianarum facit, nam cum distributiones absentium præsentibus & interessentibus accrescant, secundum gl. celebrem.in Clem.vt ij qui.verb.pars dimidia. de ætate & qualitate: quā optimè declarat insignis. Couar.lib.3.Variarum.c.13, num.7 Videtur tacita, & reciproca remissio hinc inde fieri, Neque obstat quod hodie omnis remissio videtur à Concilio exclusa, vt supra resoluimus: quoniam illud intelligendnm est de remissione fraudulenta, vt constat ex verbo, Collusione, in eodem cap.12.de reformatione posito quoad peccatum verò absentes, vt ocientur, seu alijs forsan illicitis intendant minimè excusarem cum Palud. vbi suprà.

24 Neq; obstat primum argumentum cu ius minor neganda est lege enim fieri non potest, quod absentibus, & non interessentibus diuinis officijs, distributiones quotidianæ præstentur; quoniã si cõtrarium statueret manifestam iniquitatem & iniustitiam contineret, esset quippè contraria actus naturæ peccati nutritiua & cultui diuino nociua (vt constat ex resolutis in rationibus decidendi) ac proinde tanquam omnibus substantialibus requisitis destituta viribus omnino careret, iuxta text. in c. erit autem. lex. 4. d. &. in. l. 8. tit. 1. p. 1. Neque in contrarium facit text. hic in versic. qui vero, vbi duo proponuntur casus in quibus legis Canonicæ dispositione absentibus distributiones debentur vt bene aduertunt Couar. lib. 3. Varia. c. 13. nu. 8. contra Philippum Francum hic existimantem consuetudine id fuisse inductum quoniam iustissima inerat causa, infirmitatis seu corporalis necessitatis, aut euidentis Ecclesiæ vtilitatis, & iusta existente causa, negari non potest, quin dispositio Canonica inducere possit quod absentibus distributiones præstentur: neque iuri publico neque etiam diuino repugnabit immo & publico, & diuino iuri talis dispositio erit conformis minime enim. l.
25 positiua ius diuinum violari dicitur. Vbi illud ex causa interpretatur, ex traditis. per gloss. & communem in. l. fin. C. si cõtra ius vel vtilitatem publicam & in. c. à nobis. verb. exemptus de decimis & per Couar. in regula peccatum. 2. par. §. 11. num. 2. &. 3. infra de regul. iur. & idem de cõsuetudine necessario respondendum erit, vt ex iusta & legitima causa inducere possit quod distributiones absentibus præstentur, vt resoluimus supra in prima declaratione Concil. Triden. Sess. 24. c. 12. de reformatione, & docent Decius in cap. cum omnes de constitutionibus secunda lectura num. 2. & Andre. ab exea, ibi nu. 50. quos refert & sequitur Couar. lib. 3. Variar. c. 13. nu. 5. versi. 3. eadem ratione infertur.

26 Neq; obstat secundum argumentum ex text. in. d. c. fi. de consuetudine, cum similibus quia fatendum est quod consuetudo vincit legem eamque abrogat ex illis iuribus: in pręsenti autem legi non derogat. Sed potius ab ea. vincitur quia huiusmodi consuetudo erat irrationabilis, vt bene ostendimus in
27 rationibus decidendi neque huic resolutioni oberit text. in c. consuetudinis. 11. d. & in. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo quibus probatur, quod licet maxima sit consuetudinis authoritas non tamen legi pręualet neque eam vincit, nam quamuis plures assignent intellectus ad illa iura ille tamen verissimus videtur quod vbi lex ratione naturali vel humana consistit & consuetudo ratione destituta est legem non vincit, vt voluit text. in cap. vsus & in cap. consequens. 11. d.

Cæterum si ratione cõstat legem vincere potest quia frequentissimum est legem etiam iustã in vniuersum posse rationabili consuetudine tolli secun-
28 dum quid vt videre est in pragmatica frumentaria, quæ licet iustissima sit poterit tamen in aliquibus locis frumenti carentibus consuetudine induci vt maius precium pro mẽsura soluatur propter imminens necessitatis periculum.
29 Præterea licet lex Pontificia. Prohibens pluralitatem beneficiorum iustissima sit vt in cap. de multa cum alijs de præbend. si tamen in Ecclesia Salmantina consuetudo perficeretur vt professor theologus, vel Põtificius (vt cõmodius litteris incũberet, & reipublicæ prodesset) duo obtineret optima vtiq; foret cõsuetudo, & in ea non procederet dispositio tex. in c. 1. de consue-
30 tudine supra hoc libr. 6. Quia loquitur in irra-

in irrationabili. Ex quibus consequitur lapsum fuisse Menochium, de arbitrarijs iudicũ casu. 82. nume. 4. dum indistinctè asserit consuetudinem legi cõtrariam irrationabilem esse.

31 Neq; obstat tertium argumẽtum quoniam licet verissimum sit constitutionem quæ consuetudinem tollit præteritam tantum non futuram comprehendere vt notat gloss. in dict. Clemẽtina statutum. verb. consuetudine de electione. quam plures sequuntur relati à Couarru. lib. 3. variarum cap. 13. n. 4. & est optimus text. in c. 1. de constitutio. supra hoc lib. 6. Hoc tamen limitatur quando constitutio & ius ipsum consuetudini resistit, eamq; vt iniquã & irrationabilem damnat vt in nostri text. specie quem ita intellexit gloss. in d. cap. 1. verb. expresse de constitutionibus supra, & Philipp. Prob. hic in additionibus ad Monachum numer. 40. Ex qua resolutione sequit̃ quod si lex simpliciter consuetudinem reuocauerit non tamen in probando eam vt iniquam, nihilominus consuetudo induci poterit & vires habebit aduersus huiusmodi legem consuetudini derogantem. Quinimò consuetudo ex noua causa induci poterit contra. l. expressè consuetudinem reprobantem quia noua causa tollit iniquitatem quæ consuetudini inerat tempore quo. l. eam vt iniquam improbauit, secundum cõmunem quam resoluit Couarru. dict. num. 4.

32 Neque obstat quartũ argumentum quia nimis controuersum est, an sublata consuetudine per legem, ordinaria tantum sublata censeatur vel etiam ea quæ immemorialis dicitur vt constat ex late traditis per Balbum in tracta. præscriptio. 5. part. 5. part. principa. q. 9. Tiraq. de vtroq; retrac. tit. 2. §. 1. gl. secunda. n. 12. & 23. cũ sequenti. Molideũ in cõsuetudini. Paris. 1. p. §. 7. Couarr. d. li. 3. varia. c. 13. n. 5. Greg. Lup. in. l. 6. tit. 29. parti. 3. in glos. verb. Tributos, & per Pinelũ in auth. nisi tricenale. n. 19. C. de bonis mater.

33 Vtcumq; tamen sit ea proculdubio verissima sentẽtia est quod quotiescũque cõsuetudo vt iniqua & irrationabilis à lege tollitur, & improbat̃ vt in casu huius tex. quæuis cõsuetudo etiã immemorialis dãnata & sublata cẽsetur. quod manifesta ratione cõstat & docet glo. per text. ibi in. c. 1. verbo nõ existit & in. c. 2. verb. quantocumq; de cõsuetudine, supra hoc li. 6. Fracis. Aretin. in l. cũstipulatus sim à Proculo colu. 3. ff. de verbor. obligatio. Rochus Curtius in c. fi. de cõsuetudine notabili. 1. n. 117. vol. 9. tract. diuersorum doctorum, & Tiraq, vbi supra, nu. 27.

Neq; obstat quintũ argumentũ procuius resolutione & vt perfectius vtilis & apprimè necessaria residentiæ materia absoluatur quinq; sunt præmittenda. Primũ qd sit residẽtia & quotuplex. Secũdum quo iure introducta. Tertiũ qui teneãtur residere. Quartũ qui & ex quibus causis & à quo à residẽtia excusentur. Quintũ qua pœna plectãtur nõ

34 residentes. Ad primũ, verbũ residentia seu residere multis modis accipitur secundũ Anchar. hic. n. 1. & is propriè quo ad præsentem materiam residere in beneficio seu ecclesia dicitur qui cõtinuè ibi moratur & personaliter assistit secundũ gl. in ca. licet Canon. verb. residere de electione in. 6. & probat text. in c. quia nonnulli. ca. conquerẽte de clericis nõ residẽ. Syluestr. in summa. verb. residentia, & sufficit vt quis dicatur residere, quòd habitet in loco in quo ecclesia est, cuius beneficiũ habet, licet nõ sit intra eiusdẽ Ecclesiæ circuitũ secundũ Petrũ de Rauena in notabilibus vtriusq; iuris fol. 18. in col. 2. verbo sic dubitatũ est semel, & Couar. li. 3. varia. c. 13. nu. 3. & Duarenus de sacris Ecclesię ministerijs lib. 8. c. 5. & optimè probat noster tex. Ex quo deducitur

citur aliud esse residentē esse in benefi-
cio, aliud verò interessentem diuinis officijs, vt annotauit glos. hic verb. ad-fuerint & supra citati autores.

36 Et hæc residentia est triplex, vera, ficta realis, seu actualis: vera est quando beneficiarius habitat & domicilium habet in loco beneficij, sed non interest horis canonicis, de qua loquitur tex. in d. c. quia nonnulli, & in ca. relatū, &. c. conquerēte de clericis nō residētibus. Ficta residētia dicitur quādo beneficiarius est absens ex causa, quo casu à iure pro residēte habetur prout ille qui est
37 in seruicio Episcopi. c. de cętero. c. cum dilectus. c. ad audientiā de clericis non residentib. & operā dans sacrę Theologiæ, vel iuri canonico, in aliqua vniuersitate approbata. c. licet. 32. de præbend. c. fin. de magistris, & in Concil. Triden. Ses. 5. c. 2. in princi. de reformatio. Nauar. in Manua. Hispano. c. 25. n. 120. fo. 585. quod priuilegiū competit cuicūq; facultati operā dantibus in hoc insigni Salmāticēsi studio per Eugenij Pontificis indultū, vt testatur Didacus Perez in l. 1. tit. 10. lib. 1. ordin. Regalis pag. 283. in prin. vel absens pro Ecclesiæ suę vtilitate qui residere fingitꝰ quāuis in receptione sua residere iurauerit vt est cælebris text. in c. ex parte in secūdo de clericis non residētibus: neq; illi text. oberit text. difficilis in c. ad nostrā in primo de iur. iu. Vbi pro regula traditur quod iuramentum debet vere & in specifica forma adimpleri, nam omissis varijs interpretationibus scribentiū de quibus per Ioan. de Selua in tracta. de benefi. 4. p. q. 6. n. 5. vol. 15. diuersorū docto. & per Augusti. Beroiū, in ca. 1. n. 78. cū seq. de vsuris verior &
38 securior sit interpretatio ad illum text. quod ideo qui iurauit residere potest abesse pro negotijs Ecclesię & pręsens fingitur & iuramenti transgressor non cēsetur, quia ecclesia, in cuius fauorem iurauit residere. videtur ei iuramētum remittere, arg. tex. in c. 1. de iur. iurau. Realis verò seu actualis residentia est quando beneficiarius non solum residet in loco beneficij, sed etiam interest diuinis officijs, prout à iure exigitur in beneficijs curatis vt. in ca. extirpandæ. §. qui verò de præben. & in Cōcil. Triden. Ses. 23. ca. 1. de reformatione & in Ecclesijs cathedralibus & Collegiatis vt probatur in eodem Concil. Triden. Ses. 24. c. 12. de reformatione in versi.
39 omnes vero. Ad secundū, videtur residentiam omni iure necessariam fore; & primo iure diuino quia lege Euangelica commissa fuit animarum cura Beato Petro, Lucæ. 10. & Matthæi. 16. vt refertur. in ca. per venerabilem qui filij sint legitimi, quod præceptum gradatim cōprehendit omnes prælatos inferiores, vt latè probat Bratholo. Mirāda Archiepiscopus Toleta. in suo tractatu de necessaria residentia Episcoporum, Alfonsus à Castro, lib. 1. de iusta hæreticorū punitione. c. 4. Dominicus Soto, lib. 10. de iusti. & iur. q. 3. arti. 1. Nauar. in Manua. Latino. c. 25. n. 120. & 121. & multi alij quos refert & sequitur insignis Couarr. lib. 3. Variar. c. 13. n. 9. Quidquid in contrarium velit Ambrosius Catarinus quē ipse reprobant Iure naturali, vt latè probat Soto d. q. 3. arti. 2. Iure positiuo, vt probatur ex multis Cōcilijs relatis per totum. 7. q. 1. & in toto titul. de cleric. non resident. & in leg. 16. cum sequenti. titu. 16. parti. 1. & Concil. Triden. Ses. 6. ca. 1. de reformatione, & Ses. 23. ca. etiam. 1. de reformatione. ex quo deducitur pręceptū residendi, esse iuris diuini, formam autē à iure positiuo fuisse inuentam & ita obtinuit in iudicijs contradictorijs.
40 Ad tertium qui residere teneantur resoluendum est omnes quibus incumbit cura pascendæ gregis Christianæ teneri ad residentiam, vt probatur, ex. l. Euangelica supra relata. Vnde primo Romano Pontifici cui immediatę hæc

cura

41 cura commissa fuit Ioann. 20. necessaria erit residentia in quo omnes conueniunt, quos supra retulimus quod etiã probatur, quia est Episcopus totius mũdi. c. cuncta per mundum. c. per principalem. 9. q. 3. c. 2. de præb. supra hoc li. 6. Selua de beneficio. 1. p. q. 4. num. 49. volu. 15. diuersorum, & Duarenus vbi supra, lib. 1. c. 10. & debet Romæ residere. c. Constantinus. 96. d. c. fundamẽta supra de electione hoc lib. 6. verum ministeriũ Papæ non in residentia loci sed magis in recta Christianæ reipublicæ administratione consistit, & ideo
42 vbi ipse Curiam habuerit dicetur Roma. c. vbi periculum. §. 1. supra de electione. ca. 2. vbi gloss. penulti. & communis infra de priuilegijs. Abb. in. c. dura de crimine falsi. Felinus in. c. ego. N. num. 9. de iur. iurando, & Rophinia, libr. 1. de re Pontificia in princi.
43 Secundo patriarcha residere tenetur, & præmitte quod apud gentiles, ante aduentum Christi, prouincias, & Episcopatus diuisos fuisse gubernarique, sub quatuor prælatis, quorum maior vocabatur primas, seu primus Flamẽ. Secundus paulò inferior vacabatur Archiflamen, Tertius vocabatur flamen & præponebatur in ciuitate, Quartus erat isti subditus ad ministeria inferiora. Eodem modo Beatus Petrus instituere cœpit gubernationem Ecclesiæ & in locũ primatum instituti sunt, Patriarchæ loco Archiflaminum Archiepiscopi, loco flaminum Episcopi, loco inferiorũ Parrochi. cap. 1. c. in illis. 80. d. & quia prouintiarum & Episcopaturũ diuisio facta erat ante aduẽtum Christi Dionysius Papa diuisit solum parrochias, vt probat text. iuncta glo. 1. in. c. 1. 13. q. 1. ca. vrbes. c. illum. 80. d. c. ꝓuinciæ. 99. d. ca. 1. & 2. 22. d. cleros. c. in c. nouo. 21. d. optime Selua in d. pri. p. q. 4. & Duarenus in d. lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs. cap. 9. Et ita patriarchæ, secundum locum obtinent post Roman. Pontificem. c. Constantinopolitanæ. c. renouantes. 22. d. l. 9. cum sequentibus. titu. 5. parti. 1. & eorũ priuilegia recenset glos. summæ 9. q. 3. & in. c. pastoralis. verb. exceptis de offi. ordinarij. l. 11. ti. 5. partit. 1. Doctores supracitati Boerius de authoritate magni Concilij. nu. 49. Greg. Lup. in d. l. 9. verbo primero. Rebuf. in praxi beneficiali titulo de deuolutionibus. n. 24. Sed resoluẽdum est Patriarcham iure primatiæ non obligari ad certam residentiam, si verò sub titulo Patriarchatus habeat Ecclesiam annexam: debet iudicari secũdum illius Ecclesiæ naturam nempe si Episcopatus sit per regulam Episcoporum si parrochialis per regulam parrochialium de
44 quibus latius infra agẽdum est. Tertio Cardinales, quia licet non compræhẽdantur superiore diuisione, cum tamẽ lege veteri essent in Ecclesia Leuitici consiliarij. Deuterono. cap. 17. relato in. cap. per venerabilem. §. rationibus qui filij sint legitimi illorum exẽplo lege gratiæ instituti sunt Cardinales consiliarij, vt in d. §. rationibus, quẽ multi intelligunt in Episcopis, non in Cardinalibus ex illo verb. fratres quod propriè conuenit Episcopis, sed verius esse loqui de Cardinalibus, vt probat tex. in c. fundamenta. §. decet supra de electione vbi describit eadẽ verba & loquitur de Cardinalibus, & est communis secundum Sicul. de præstantia Cardinalium. q. 1. in. princi. volum. 14. diuersorum, & Selua dicta. 1. p. q. 4. & sic ante quàm notum esset nomẽ Cardinalis vocabãtur cõsiliarij. c. Ecclesiasticis. 12. q. 2. c. in parrochia. 16. q. 1. & licet sigillatim nõ appareat quo anno fuerunt instituti vocantur Cardinales ex ratione glossæ prim. in. cap. 2. de officio Archi. presbite. tradit optime Duaren. dict. lib. 1. cap. 13. & Boerius,

B vbi

vbi supra. Quamuis dubium sit an eo tempore quo Constantinus Beatum Siluestrum donauit patrimonio Ecclesiæ essent noti quia non referuntur in dict.cap.Constantinus plures tamē affirmant illud verbum reuerendissimis ad Cardinales refferri tamen quãdo synodum celebrauit iam erat notũ hoc nomen.c.præsul.2.q.5. Et postea Poncianus Papa Cardinales creauit,& rursus Aticelus Papa quindecim creauit, vt constat ex Platina in eorumdē vitis & siue figuratiuè, vt Leuitici, Cōsiliarij siue in locum.72.discipulorum vt in c.in nouo.21.distinct.siue in locũ Apostolorum,quoniam sicut illi Beatum Petrum Principem elegerunt ita & Cardinales Pontifices originem tamen ducunt à iure diuino & [illegible]ùs Papa potest eos instituere, gloss. verb.potestatis in Clemētina ne Romani de electione, vbi Cardina. Oldrald. consil. 63.Selua & Siculus vbi supra, Boerius de authori.mag.Concil.ex nume. 50. & Duarenus.di.ca.13. Cardinales itaque cum sint Papæ coadiutores & Cōciliarij debent personaliter residere.d. §.rationibus,& dict.§.decet neq; debēt abesse,nisi causa legationis gloss. verbo nihilominus.cap.nobilissimus. 97. distinction.adeo quod non residentes priuantur beneficijs,capit.2.extra hoc titulo.& capit.sanctorum.70. distinct. & de eorũ absentia & pœna latè dispu tant Matth.Afflict. decis.289. & conciliũ Tridentini Sesion.6.cap.1.de reformatione, & Sessio. 23. etiam. 1. de reformatione in necessitate residētiæ comprehendit etiam Cardinales cæterum si cum iuditio aduertas, aliter prædicta intelliges: quia Cardinales ex propria dignitatis natura officium habent, non beneficium & licet non resideant in officio ea ratione non priuarentur vtique beneficijs,

45 & ideo textus.in dicto capitul. secundo vere intelligitur quod ibi deponitur Cardinalis non propter absentiam in officio sed quia Ecclesiam habebat parrochialem à qua per quinquennium absens fuerat, & ideo illa priua-

46 tur ex regula residentię beneficij. Non vero ratione officij,& ita etiam decreta Concilij accipies ibi enim non constituit necessariam Cardinalibus fore residentiam in officio purpuræ vel Cardinalatus sed Cardinales priuilegio purpuræ non excusari à residentia Ecclesiæ requirentis personalem assistentiam.

47 Quarto Archiediscopus qui vt cōstat ex superiori diuisione fuit institutus in locum Archiflaminum, & est minor patriarcha, & maior Episcopo quia præest Episcopis capitul. placuit. primo.18.distinction. capitul.Cleros. 21.distinct.capitul.in illis.80. distinct. l.15. titul.5.partit. prim. & eius priuilegia refert gloss. in summa. 9.quæstio.3.& dict.l.15.vbi Gregor. & Andreas Barbacia de præstantia Cardinaliũ in principio, Selua dict. prim. par. quæst. secun. & Boerius vbi supra nu. 60.Circa cuius residētiam resoluas ratione superioritatis non esse certam residendi formam ei præscriptam sed secundum consuetudinem in vnaquaq; prouincia debere constituere iudices appellationis, si verò sub titul. habeat Episcopatum, vt in Hispania, vel parrochialem vt in Italia debet iudicari secundum naturam illius ecclesiæ, vt dixi in Patriarcha. Ex qua ratione intelliges text. in capitul. qualiter. extra eodem, vbi Archiepiscopus priuatur ecclesia. propter absentiã quod vtiq; intelligendum est quia erat Episcopatus, cuius natura obligat ad personalē residētiam, nisi excusetur iusta ex causa, vt statim dicemus.

48 Quintò episcopi ad residendũ obligantur, Christus enim apostolos suos

sacer

sacerdotes instituit & eorũ principem Diuum Petrũ. Matth. 26. relato in. ca. innouo. 21. dist. c. considerandum. 50. d. cap. manet. 24. q. 1. & postea instituti sunt 72. discipuli. vt in. dict. c. in nouo. & ita in nouo testamento primo fuit institutus ordo sacerdotalis, & si negari non possit veteri testamento Moyses, & Aaron primos fuisse sacerdotes Exod. 23. c. & in. c. sacrosancta. 22. dist. Diuus ergo Petrus Princeps apostolorũ institutus primo ecclesiam Anthiochiæ collocauit, eamq; septẽ annos gubernauit & cum antea oẽs fideles vocarentur, cõgregato ibi apostolorum cõcilio ipsorũ decreto à Christo Christiani dicti sunt. & ita Christianorũ nomen exordiũ habuit. d. c. sacrosancta. c. mutationes. 7. q. 1. c. ad mensam. 11. q. 3. & c. videntes. 12. q. 1. c. rogamus. 24. q. 1. Deinde ab Angelo admonitus. B. Petrus. vt Romanã prorsus deleret superstitionẽ, relicto Antiochiæ Ignatio episcopo Romã adijt. vbi post. 25. annos, septem mẽses & octo dies cum Paulo martyrum subijt. c. beati. 2. q. 1. c. quamuis. 21. dist. c. sacrosancta. non tamen ab Ignatio episcoporum nomẽ in ecclesia originẽ sumpsit, siquidem ante eum Iacobus Iustus primus fuit institutus episcopus in Hierosolymitana ecclesia. c. porrò. 66. dist. c. Iacobus frater. de cõsecratione. dist. 1. Matthias verò fuit primus presbyter institutus. c. cleros. 21. dist. Petrus autẽ videns causas quotidie occurrentes indigere celeri remedio fecit prædictam diuisionẽ supra relatã. Vnde episcopi in locum apostolorum successerũt, vt probatur in dictis iuribus, & in. c. quorum. 68. dist. & tradunt latè Barba. vbi supra. & Selua. dict. q. 4. Bertachinus de episcopis, lib. 1. par. 1. & Duarenus, lib. 1. cap. 7. & 9. & ita episcopus in sua diœcesi appellatur Pontifex, & summus sacerdos. c. si episcopus. 18. dist. c. innolita. & c. de persona. 11. q. 1. ca. de ijs. de consecratione. dist. 5. cap. 1. de sacra vnctione. Imo episcopatus est culmen dignitatum. c. venerabilis. de præbendis. extollit Cardinal. in. Clem. 1. de renuntiatione. & est bonus tex. in. l. 16. tit. 5. part. 1. Ipsis autem necessaria erit residentia iure diuino sicut omnibus illis quibus pascendæ gregis Christianæ cura incumbit, vt supra latè, in tertio præludio deseruimus, & id iure Põtificio satis constat. ex c. 1. c. qualiter. ex eo. c. episcopũ. c. non oportet. 7. q. 1. Siculus vbi supra, Selua. 4. p. q. 1. Bertachinus vbi supra. lib. 4. q. 1. Soto, lib. 10. de iust. & iur. q. 3. art. 1. & 3. quorũ communi sententia certum est episcopos debere residere in loco cathedralis ecclesiæ saltim diebus Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes. cap. si quis. in clero. cap. placuit. 7. quæst. 1. Sed conciliũ Trident. dict. ses. 6. cap. 1. de reformatione episcopos absentes varijs pœnis afficit & rursus. ses. 23. capit. 1. pulcherrimis verbis præmissis constituit episcopos abesse non posse vltra tres menses alioquin mortale crimen committere, neque fructus absentiæ suos facere absq; alia declaratione: quod Pius Papa. V. confirmauit Motu proprio, prout habetur inter Motus proprios ipsius cõtra oẽs Archiepiscopos, Episcopos, Patriarchas, & alias ecclesiasticas personas curam animarum habentes non residentes. pag. mihi. 54.

49 Sextò dignitas quam omissa diffinitiõe. gl. verb. maiores. in. c. sedes. de rescrip. & verb. dignitas. in cap. denique. 4. distin. & in cap. quia nonnulli. extra eodem diffinias esse preminentiam in ecclesia cum iurisdictione, vel administratione, ex Abbate in. c. de multa. de præbend. nu. 25. Selua. 1. part. quæst. 3. num. 71. Boerius decis. 286. Rebuff. in praxi. c. seculare beneficium. nu. 7. ea enim obligat ad personalem residẽtiam: quia cum sit beneficium & cum

 præmi-

præminentia & omnia beneficia iure directo requirant assiduitatem personarum, ca. præterea. de præbend. cap. conquerente. extrà hoc titu. Ergo non abs re residentiā requirit prout in specie probat c. ex parte 1. extra hoc titu. vbi ille decanus propter absentiam priuatur optimè Boerius, vbi suprà, Selua. dict. 1. par. quæst. 2. Rebuff. vbi suprà, titu. dispensatio. de non residendo. Duare. lib. 8. c. 5. de sacris ecclesiæ ministerijs: quod cõfirmat concil. Tridentinum. ses. 23. cap. 12, 17. &. 18. Et quia consuetudine effectum erat, vt in vnaquaq; ecclesia non ius directū, sed specialis cõsuetudo obseruaretur qua dignitates à residentia excusarentur, huic necessitati consuluit Concilium. dict. cap. 12. vt omnibus dignitatibus, certus ordo, & certum officium assignaretur, ad quæ teneantur præcisè, neq; consuetudine excusentur.

50 Septimò, habentes parrochiales ecclesias, qui parrochi, vel curati dicūtur tenentur ad residentiam superiori ratione. Miranda, Soto, & relati suprà in secundo præludio arbitrantur comprehendi lege Euangelica. Licet concedant eos minus obligari, quam episcopos: quia causa est longius remota. Cæterùm Catharinus & alij secure affirmant, neq; institutionem, neq; electionem, neq; residentiam horum beneficiorum esse iure diuino, sed de iure tantum Pontificio, quòd latè probat Barbatia. d. q. 1. Selua. dict. 1. part. quæst. 2. &. 4. Boerius consi. 16. Illud tamen certissimum est omnes parrochos iure Pontificio obligari ad continuam residentiam. cap. 2. cap. conquerente. cap. fi. extra hoc titu. cap. præterea. cap. relatum. de præbend. ca. cum ex eo. cap. licèt canon. supra de electione, & latè Barbatia. dict. quæst. 12. Rebuffus, vbi supra, Duarenus. d. cap. 5. l. 25. tit. 16. part. 1. Quæ omnia confirmat concil. Triden. ses. 23. cap. 1. de reformatione. & Motus proprius Pij. V. super residentia facienda in parrochialibus. pag. mihi. 134. præcipitq; conci. dict. cap. 1. versic. eadem omnino necessariam esse episcopi licentiā in scriptis redactam, vt parrochi ab ecclesijs suis discedere possint, quæ vltra duos menses, nisi graui ex causa concedēda non est, & ex verbis concilij colligi videtur ad duos menses non esse necessariam episcopi licentiam; prout expendit Nauarr. aliqua fundamenta adducens in Manua. Latino. ca. 25. nu. 121. sed salua pace tanti viri contrarium videtur tenendum: nam si attentius cōsiderentur verba concilij ex eis aperte deducitur, semper necessariam esse episcopi licētiam, etiam ad duos menses, & ita praxis quotidiana obseruat. Illud tamen est concilij intentum quod ab bimestre tempus quæcunq; causa erit iusta veluti recreationis, vel visitādi amicos, seu propinquos, vltra bimestre autē exigitur grauis causa, & quæ talis episcopi arbitrio reputetur.

52 Vltimo habentes beneficia simplicia tenētur psonaliter residere, qd' probatur primo, quia regulare est, quodcūq; beneficium cōferri propter officium. cap. fin. supra. de rescript. ergo saltim propter ministeriū illius officij, obnoxij erunt ad residentiā. Secundo, & efficacius, quia certum est beneficiū non conferri personæ propter ipsam, sed personam prouideri in beneficio ad illius ministeriū: ergo illud debet exercere. Tertiò, quia quodcunq; beneficiū in titulū datū requirit residētiam: ergo si simplex beneficiū in titulū dat necessaria erit residentia. ca. præterea. c. quia in tatum. de præb. c. 4. cap. conquerente. c. fi. extra hoc tit. cap. sanctorum. 70. distin. quæ rationes militant etiam in canonicis ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, & eorum residentiā necessariam esse ostendimus supra, ex concil. Trid. ses. 24. ca. 12. de reformatione.

tione, in versi. omnes verò. Itaq; iure cõmuni beneficium simplex quantũcumq; minimum residentiam exigit, vt pbat Innocẽtius in.c.ex tuæ. n.3.extra hoc tit. Abb.in.d.c.fi.gl. in pragmatica sanctione, in procemio. verb. residentia. Selua de beneficio. 4. part.q.1. in prin. Rebuff. in praxi. tit. de dispensatione, de non residendo, in princ. Duarenus. dict.l.8.c.5. & Rophinia. libr.3. cap.7.&.8.

Hodie tamen de consuetudine vniuersali totius ferè ecclesiæ beneficia simplicia nõ requirunt residentiam secũdum dictũ celebre Innocẽtij, in c.fi. de cleri. non residentibus. quod cõmuniter tenetur secundum Abbatem, in c.extirpandæ.§.qui verò.n.39.de præbend. Selua de beneficio.2.p.q.4. Bernard. Diaz in pract.cap.47. Alexandr. consi. ..lib.7. & latè resoluit Andr. ab Exea. in c.cum omnes, de constitutionibus. Debet tamen constitui vicarius qui illis deseruiat, aliàs inualida erit huiusmodi consuetudo secundum Abb. Felin.& omnes.in.d.c.cum oẽs.& Decium in.c.1.nu.2. de consuetudine, & Rochum de Curte, in. c.fi.de consuetudine. fol.408. colum.4. Couar. lib.3. num.9.

53 Neq; prædictis obierit noster text. qui omnino improbat cõsuetudinem percipiẽdi fructus in absentia, loquitur enim de clericis beneficiarijs in ecclesia cathedrali, vel collegiata, & tũc tantum improbat consuetudinem percipiendi distributiones quotidianas, in absentia quæ interessentibus solum debentur. Vnde consequitur ex nostro tex. fortius defendi prædictam consuetudinem quam etiam approbare videtur concilium Trid. sess.24.c.17. dum dicit esse beneficia simplicia quæ non requirunt residentiam quod sanè intelligendum est ex recepta ecclesiæ consuetudine: quoniam secundum iuris rigorem satis probatum est omnia bene-

54 ficia residentiam exigere. Et specialiter eam requiri, etiam in obtinentibus beneficia simplicia in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis sæpius probauimus ex concil. Trid.d.sess.24.ca.12. de reform. in vers. omnes verò.& ver. præterea, vbi quæuis cõtraria cõsuetudo excluditur, & ratio differentiæ esse videtur: quia in cathedralibus canonici sunt consiliarij, sine quibus episcopus nequit expedire negotia episcopatus.c.nouit.ca. quanto de his quæ fiunt à prælat. quare huiusmodi consuetudo esset onerosa ecclesijs, quæ ratio cessat in alijs simplicibus beneficijs extra cathedrales.

55 Ad quartum principale præludiũ, qui, & ex quibus causis, à residentia excusentur, resoluẽdum est ex pluribus causis à residentia excusationem concedi, & eas iustas reputari quę naturali ratione absentem à culpa excusant, vt colligitur ex text. in cap. relatum. ca. inter quatuor. cap. ad audientiam. ca. de cætero. ca. fi. de clericis non residentibus. & in concil. Trid. sess.23.c.1. de reformatione. & omnes causas referunt Matthæus de Afflict. deciss.289. Nauar. in Manua.c.25.nu.120. Rebuffus de priuilegijs scholarium priuilegio 31.& in praxi benefi. tit. dispensatio de non residendo. nu.23. cum sequentib. Soto lib.10. de iust.& iure.q.3. artic.4. Miranda de necessaria residentia episcoporum. cap.12.

56 Quod si aliquis cui iusta excusatio causæ competat à prælato residere cogatur, merito poterit appellare, & interim quod causa appellationis ventilatur, nè ecclesia debito seruitio defraudetur costituendus est vicarius, qui eidem deseruiat, cui de fructibus beneficij competenter prouideri debet, vt est bonus tex. in.c. peruenit.28. de appellationi. extrà, & facit tex. in. ca. extirpandæ.§.qui verò.de præbend.

57 Et adeo iusta causa necessaria est, vt

beneficiarius à residentia excusetur, quia alias prælatus concedens licentiam discedendi, nec prudenter, nec fideliter exercet ministeriũ suum, & beneficiarius ipse non est tutus in foro conscientiæ, ex sententia glo. verb. adimplere in cap. nõ est deuoto. recepta secundum oẽs ibi, & alibi, vt testatur Coua. lib. 4. desponsal. 2. p. c. 6. §. 9. n. 8. & Nauar. in Manua. c. 12. n. 76. & idẽ probat Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 3. art. 1. Plures tñ fatẽtur in dubio semper iustã causam præsumi si superior dispẽset in iure humano. argu. c. quid culpatur. 23. q. 1. c. in præsentia, de renũtiatione. gl. verb. obedientiam. in. ca. ad aures de tẽporibus ordinat. Felin. n. 60. Decius. n. 27. in. c. quæ in ecclesiarũ. de cõstit. & Loaces de matrimonio Regũ Angliæ. dubio. 4. n. 13. Qua ratione Boerius cõsi. 36. n. 27. expressè tenet cõem esse sententiam, dispensatum in nõ residendo, absq; alia causa, tutum esse, in foro animæ: & hanc dicit receptã contra gl. in d. c. non est. Securior tñ & verior videtur opinio Fratris Dominici de Soto d. art. 1. asserentis dispensatũ de non residendo, absq; iusta causa non esse securũ in foro animæ, cum residentia fuerit iure diuino inducta: vt latè supra, ostendimus. & probat Couar. lib. 3. Variar. cap. 13. nu. 9.

58 Inter alias aũt absentiæ causas ea legitima reputatur quæ studiorum causa conceditur, vt resoluimus supra, in primo præludio. in versi. ficta residen-
59 tia dicitur. vbi Eugenianæ constitutionis mentionẽ fecimus: qua quidem Eugenius. IIII. Summus Pontif. concessit vniuersitatibus generalibus, vt in eis residentes, & studijs operã dãtes fructus præbendarum, seu beneficiorũ percipiant, neq; ab ordinarijs hac de causa molestari possint, cuius priuilegij virtute beneficiarij studẽtes excusabãtur à petenda licentia suorũ prælatorũ: & ita receptũ fuit quod si prælatus iudicialiter procederet cõtra absentes, statim scholatisticus huius vniuersitatis virtute Eugenianæ, in prælatum agebat, quousq; inhibitioni consentiret. & ita praxis obseruabat, quæ postea, per concil. Trid. sess. 5. c. 2. de reformatione sublata est. Nã primo cõfirmat decisionem. c. fi. de magistris, vt docentes sacrã Theologiã, & in ea studentes secure precipiãt fructus in absentia, dein de ses. 6. c. 1. de reformat. inducit necessariã episcoporũ residentiã, & in. ca. 2. eandem probat in inferioribus generaliterq; derogat constitutionibus & priuilegijs, & dispensationibus de non residendo excipit tamen indulta iustis de causis cõcessa: deinde sess. 7. ca. 3. de reformatione. generalite inducit residentiã, & tandem sess. 23. c. 1. de reformatione. Latius eam approbat in episcopis. & inferioribus, & in fine derogat Eugenianæ cõstitutioni, & sic videtur sublatum esse Eugenij priuilegiũ, & per consequens, nisi ex dispensatione cõcilij expressa neminẽ studij fauore fructus posse percipere. Sed in hoc arti. vera resolutio sit, verba. d. c. 1. sess. 23. quatenus derogat Eugenianiæ constitutioni, minimè referri ad Eugenianam vniuersitatibus cõcessãm, sed tantum ad Eugenianam Curialibus Romanis indultã: quoniã cum iure cõi familiares, & ministri Papæ excusarẽtur à residentia, iuxta tex. in. c. cũ dilectus. extra hoc tit. controuersum erat, an illa excusatio cõpeteret duntaxat familiaribus ex litera illius text. an vero extenderetur ad oẽs residentes in Curia Romana. Cui difficultati occurrit Eugenius. IIII. concedendo Curialibus priuilegiũ, vt residẽtes Romæ fructus perciperẽt in absentia. Huic priuilegio derogat concilium in dict. cap. 1. in fi. Verum licẽt priuilegia vniuersitatum non censeantur derogata, ex. d. c. 1. tamen in. d. sess. 6. ca. 2. generaliter derogantur dispensationes, indulta, & constitu-

stitutiones de non residendo. exceptis dispēsationibus, iustis de causis cōcessis: Itaque necessarium hodie erit vt satisfaciamus requisito.d.ca.1.sess.23. Nempè necessariā esse licētiam in scriptis redactā, vt absens vel residēs in vniuersitatibus generalibus habeat nouā licentiam à Papa, vel Episcopo. & ita in supremo huius regni Senatu iudicio contradictorio, semel, atq; iterum pronuntiatum est qua noua licentia securè percipiunt fructus residentes in studijs & quieta conscientia deseruiunt per substitutum.

60 Ad quintum & vltimum, scilicet, qua pœna puniantur non residētes & qua forma aduersus eos sit procedendum, præmisso quod residentia est quid notorium, vt aduertunt glos. Innocentius & omnes, in cap. quanto. de trāslatione episcopi. & in cap. si seruus absente. 54. dist. Selua de beneficio. 4. parte. q. 5. nu. 5. & Alexand. de Nebo. consil. 81. num. 6. Constituendum est, quod si non constet de notoria beneficiarij residentia, & ipse commodè inueniri potest, personaliter admonendus est, vt continuè resideat admonitio enim, seu citatio debet præcedere ex text. in cap. ex parte. 1. cap. ex tuæ. capit. fin extra hoc titu. Selua. d. 4. part. quæst. 4. per totam. in. l. 16. tit. 16. par. 1. Vbi notat Greg. Lup. & est singularis, & perpetuo notanda doctrina Innocentij. in capit. extirpandæ. num. 2. de præbendis. quod vbicunq; alicui imponitur pœna. verbis negatiuis, non incurritur. nisi præcedat monitio, seu citatio si vero facilè inueniri non potest. proponenda sunt publica edicta trinę citationis in ecclesia illius ex. d. c. ex tuæ. & probat. l. 16. & 17. tit. 16. p. 1. & latissimè prosequitur Ioan. de Selua. vbi supr. Bernard. Diaz. de Lugo. in pract. Criminali. c. 47. & Marian. Socin. in Repet. d. c. ex tuæ. communis tamen resolutio est. secundum Selua vbi suprà. q. 3. & Grego. Lup. in dict. l. 16. in glo. verb. toller. non requiri citationē iudicialē, sed Anto. de Butr. in. d. ca. ex tuæ, cōtendit illud procedere ad cōueniendū beneficiariū non residētem: Cæterum ad inducendā priuationem beneficij ex illa absentia necessariam esse citationem iudicialē, quæ sententia in praxi obtinuit adeo vt, positis trinæ citationis edictis processus priuationis propter absentiam quotidiè in summis prætorijs annullantur propter defectum citationis personalis: facta verò monitione beneficiarius ecclesia priuādus est, vt probatur in. c. 2. c. quia, nonnulli. c. relatum. c. conquerente. cap. ex tuæ. c. ex parte. primo, & c. fi. extra hoc tit. de clericis nō residēt. ex quorum iurium relatione constat necessariam esse sententiam qua pronuncietur beneficiarium illam priuationis pœnam incurrisse, vt resoluunt Abbas in. c. extirpandæ. §. qui vero. nu. 10. de præbend. & Ioan. de Selua, in. d. q. 3. quæ sententia executioni mādanda est contra beneficiarium non obstāte quacumq; ipsius appellatione, quæ in hac specie friuola & iniusta præsumitur, vt probatur in dict. ca. relatum. in fine. & in dict. ca. conquerente cum alijs. de cleri. nō resid. Sed cum omnia iura supradicta in forma prosequendi. priuandi, & exequendi, per desuetudinem, & non vsum abrogata essent in graue, ecclesiarum dispendium. Concil. Trid. ea confirmans, & alia necessaria de nouo inducens, certam præscribit formam agendi, & procedendi: cōtra parrochos, absentes, & beneficiarios, cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum. Primo enim, sess. 23. c. 1. de reformatione cōfirmās decisionē. tex. in. d. c. ex tuæ. disponit cōtra absentes agēdū esse per edicta, & necessario addidit. quod etiam non facta personaliter

liter citatione posſit procedi ad priua-
tionē: cuius executio non impediatur.
quolibet priuilegio, licentia, familia-
ritate, exemptione, ſtatuto, etiam iura
mento, vel quacunque authoritate cō 61
firmato, vel conſuetudine, etiam im-
memoriali (quæ potius corruptela cē-
ſenda eſt.) ſiue appellatione, aut inhibi
tione etiam in Romana curia, vel vi-
gore Eugenianæ conſtitutionis, quæ
obtinent in beneficijs curatis, prout
expreſſe deducitur ex d. cap. 1. de re-
formatione. & idem confimatur mo-
tu proprio Pij. V. contra omnes eccle-
ſiaſticas perſonas curam animarū ha-
bentes, non reſidentes, & altero eiuſ-
dem motu proprio ſuper reſidentia fa
cienda in parrochialibus, qui habētur
inter motus proprios ipſius. pag. mihi
54. & 134.

Cæterùm beneficiarij cathedraliū
aut collegiatarum eccleſiarum vltra
tres menſes abſentes: prima vice priuā
tur dimidia parte fructuum vnius an-
ni: ſecunda vice omnibus fructibus an
ni: tercia, puniuntur pœnis Ordina-
rijs. Nēpe priuationis ex decreto eiuſ-
dem Concilij Trident. Seſsio. 24. cap.
12. de reform. in verſic. prætetea.

Et licet controuerſum fuerit, an ſu-
pradictum Cōcilij decretum in d. Seſ-
ſio. 23. cap. 1. de reformatione. verſic.
quod ſi, per edictum citati, dum diſpo-
nit executionem ſententiæ per appel-
lationem, ſeu inhibitionem non impe-
diri, obtineat tantum contra pertina-
cès & contumaces, non autem contra
obedientes, & ita in hac metropoli, &
in Pinciano prætorio, non ſemel iudi-
catum fuerit tandem in ſuppremo hu-
ius Regni Senatu obtinuit Concilium
generaliter accipiendum eſſe contra
abſentes, ſiue obedientes, ſiue contu-
maces: & ita executioni mādatum eſt
reuocatis ſententijs relatis.

Quibus ſic prolixiori ſermone præ
habitis pro pfecta vtiliſsimè, & in pra-
xi frequentiſsimæ reſidētiarum mate-
riæ cognitione ad argumenti ſolutio-
nem deueniēdum erit, quod quidem
in hunc modum conceptum fuit, Cō-
ſuetudo legitima cauſa reputatur vt
poſsit beneficiarius prouentus, & emo
lumenta beneficij ſui in abſentia perci
pere: vt probatur Iuribus, & ſcriben-
tium authoritatibus in argumento ad
ductis, & docēt etiam Doctores ſuprà
in. 4. principali euidentiali relati qui
inter allias iuſtas & legimas cauſas,
à reſidentia excuſantes. eam etiam cō-
numerant, quæ à conſuetudine induci
tur. Cuius tamen contrarium videtur
innuere Bonifacius. 8. in præſenti quā
cumque conſuetudinem quæ abſenti-
bus & non reſidētibus præbendarum,
ſeu heneficiorum emolumēta tribuit
improbando. quod argumeutum fe-
dere diſtinctionis diſſoluendum erit,
aut enim loquimur de fructibus, &
redditibus beneficij, qui apellantur
Groſſa, aut de diſtributionibus quoti-
dianis, quæ manualia ſeu victualia di-
cuntur, vt probat noſter text. & in ex-
trauaganti. Cum nonnullæ. 1. de præ-
bendis inter communes gloſſ. & Do-
ctores in. c. licet. 32. de prębēd. & gloſ.
penult. & ſcribentes hic. 1. caſu obtinet
argumentū, cōſuetudo enim iuſtā cau
ſam tribuit vt valeat quis à reſidentia
excuſari, & fructus beneficij in abſen-
tia lucrari. Secundò vero caſu noſtri
tex. diſpoſitio procedit quia nulla anti
quiſsima cōſuetudo etiā cuius initij in
cōtrariū memoria nō exiſtit inducere
poteſt, vt abſentes, & nō interessentes
diuinis officijs diſtributiones quotidia
nas acquirāt, vt latius reſoluimus ſuprà
in rationibus decidēdi, & in ſolutione
4. arg. & ita cōciliantur, & ad cōcordiā
reducuntur hic tex. & iura, quæ ei vide
bātur repugnare, quā quidē concilia-
tione non obſcurè voluit gl. hic verb.
im-

improbantes, quam hic & vbiq; do-
62 ctores approbant. Ex qua resolutione manifestè consequitur, beneficiarios horis Canonicis, seu diuinis officijs interessentes dominium distributionũ quotidianarum acquirere, & optimè probat noster text. in versi. qui verò. à contrario sensu, quem ad hoc notant Dominic. Franc. & alij hic, & dicit cõmunem opinionem Couar. in cap. cũ in officijs. de testamentis. num. 4. & frater Alcocer in Tractat. de Ludo. cap. 38. col. 3.

63 Vnde subinfertur quod liberè poterunt de eis testari etiam inspecto iure communi, argum. text. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & in l. 1. ff. ad. l. falcidiam. & ita tenet Dominic. & Franc. hic in. §. qui verò. Idem Dominicus in cap. præsenti. num. 16. &. 18. & Francus, ibi, num. 10. de officio ordinarij supra hoc libr. 6. Caietan. 2. 2. q. 185. artic. 7. & Siluest. in summa, in verb. clericus. 4. quęst. 4. Auendanius, respõ so. 19. num. 6. versic. & idem intelligo de distributionibus quotidianis, & alij relati per dominũ Francisc. Sarmient. episcopũ Gienensem, literis, & religione clarissimũ, in Tract. de redditibus ecclesiastic. 2. part. cap. 8. num. 11. & dicit cõmunem opi. Petrus, Paul. Paris. consil. 33. num. 8. &. 9. volumine. 4. & ita obseruari, in practi. testatur. Iulius Clarus. libr. 3. Receptarum sententiarum. §. testamentum. quæst. 27. nu. 10. Sed contraria sententia verior videtur imo ꝙ inspecto iure cõmuni clericus nullatenus posit de distributionibus quotidianis testari, vt sensit Abb. c. cum esses. nu. 23. de testamentis. Andreas Barbaci. in Tract. de præstantia Cardinalium. q. 3. nu. 46. i. p. volu. 14. Tract. diuersorum docto. Et expresse tenet Dominus Martinus Nauarro, in Tracta. de redditibus ecclesiæ. q. 1. nu. 74. quem refert, & sequitur Dominus Frãciscus Sarmien. in d. Tract. de red. ecclesiast. 3. part. capit. 5. num. 6. quorum opinionem comprobat text. in cap. cum in officijs. & in. cap. ad hæc. & in c. quia nos. de testamentis: quibus prohibitum est clericis testari. de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, sed negari non potest quin distributiones quotidianæ dicantur acquisitæ, intuitu ec-
64 clesiæ. Licet dentur ratione assistentiæ personalis, neq; hic tex. oberit: quia licet clerici sint domini distributionũ quotidianarum, earumq; dominium acquirant, hoc tamen intelligendum est quoad vsum, non verò quoad liberam dispositionẽ, vt voluit Nicolaus de V valdis, de successio. ab intesta. par te. vltima. q. 6. num. 17. Sed verius respondere posse videtur, ꝙ hic text. intelligitur de dominio restricto cũ onere restituendi ecclesiæ, ꝙ supererit. Nam & eodẽ modo clerici in alijs fructibus beneficiorum domini sunt, secundum glos. in c. duo sunt. 12. q. 1. Ias. consi. 71. volu. 3. & ita hunc text. intelligit Nauar. vbi suprà. q. 2. n. 17.

Prior tamen opinio defendi posset, in anniuersarijs & alijs distributionibus designatis per testatorem: ex mente Nicolai de V vald. vbi supra, & Fratris Dominici de Soto. libr. 10. de iust. & iur. quæst. 4. artic. 3. colum. 7. ad fi. versic. 3. conclusio.

65 Et minus obstat, sextum & vltimũ argumentum, ex text. in d. c. cum non deceat. de electione, supra hoc libr. 6. Cui duas solutiones constituit gl. hic. verb. vtilitas & quamuis ipsa priorem amplectatur: posterior tñ notabilior, & verior videtur, Nempè ꝙ hic text. obtineat qñ impeditus, ob vtilitatẽ ecclesiæ esset præsens in eodẽ loco, vbi Ecclesia est. Cæterũ tex. in d. c. cũ non deceat, procedat, quãdo beneficiarius absens est à loco, vel oppido ipso, in quo ecclesia sita est: Nam licet eo ca-

su,

su ob ecclesiæ vtilitatem horis canoni cis ad esse diuinisq; officijs interesse im pediatur distributiões quotidianas mi nimè acquiri quam interpretationem glo. sequuntur Dominic. hic. nu. 10. & glo. in pragmatica sanctione. in Rubr. quando quis debeat esse in choro, in verb. actualiter, & ratio differẽtiæ, ea esse videtur, quia in absente, à loco, & choro, duo concurrerent specialia. Vnum, quod non residens in loco beneficij, pro residente haberetur. Alterum, quod non asistens diuinis eis interesse fingeretur, duo autem specialia circa idem concurrere nõ possunt, iuxta text. & communem, in. l. 1. C. de dotis promissione. Alia etiam differentiæ ratio asignari potest, scilicet, quòd absens tatum, à choro, ob ecclesiæ vtilitatem, in ipsius tamen ecclesiæ loco residens, cum statim, in chorum sit reuersurus, iuris fictione diuertisse, non videtur, argum. tex. in. l. 3. ff. de diuortijs. & in. l. quidquid calore. ff. de reg. iur. Alium intellectum asignauit Archi. hic, scilicet, quod text. in. d. c. cum non deceat verificatur in ecclesijs, in quibus nulla est consuetudo, vt absentibus pro vtilitate ecclesiæ distributiones debeantur. tex. verò hic in ecclesijs, in quibus consuetudo viget, vt eis quotidianæ distributiones præstentur. Et ita his duobus concurrentibus ecclesiæ vtilitate & cousuetudine etiã non interessentibus diuinis distributiones debentur ex hoc tex. secundum intellectũ Archi. quem sequuntur Ioan. Andreas, & Frãcus. nu. 4. hic in versi. qui verò. Ripa in Tract. de peste. 2. p. nu. 145. & Couar. libr. 3. Variar. c. 13. num. 8. vers. octauo. Sed licet hic intellectus inseuerissimus sit, minimè tamen conuenit literæ nostri tex. Quod efficaciter probatur ex verbis ipsius. Nam in principio reprobauit consuetudinem. Deinde in versi. Statuimus proponit regulam de distributionibus quotidianis minimè dandis absentibus, à diuinis officijs. A qua in versicu. Qui verò excipit infirmos, qui morbo impendiente non potuerunt diuinis officijs personaliter interesse, & absentes ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem. Ergo, vt exceptio sit de regula vt in. l. nam quod liquide in. §. fi. ff. de penu. legata intelligi debet etiam seclusa consuetudine. Quare à secundo intellectu glossæ recedendum non erit.

66 Ex quo vero & genuino nostri text. intellectu plusquam manifestum fit, ꝙ absẽs à cho ro ex causa infirmitatis vel alterius corporalis necesitatis iure cõ muni scripto absq; vlla consuetudine distributiones quotidianas lucratur quanuis contrarium teneat Philippus Francus. d. nu. 4. contra quem est text. expressus in præsenti & facit text. in c. significatum de præbend. vbi clericus, qui ratione præbendæ, quam habet, tenetur quotidie celebrare, à celebratione diuinorum excusatur propter infir
67 mitatem, quem tex. ad hoc notat Abb. ibi num. 4. Quod obligatus ad celebrãdum quotidie ex institutione capellaniæ & eius fundatione nõ tenetur quotidie celebrare sed asiduè & quãtò frequẽtius poterit salua honestate sua & debita deuotione idem tenet Nauar. in Manua. Hispa. c. 25. n. 140. & in Manua. Latino eo. c. n. 134. in fi. & Sylue. in summa verb. Missa primò. q. 7. in fi. vbi inquit, quod sic grauatus neq; per se neq; per aliũ tenetur quotidie celebrare, debuisset enim dicere fundator, ꝙ in sua capellania quotidie celebraretur, nã hoc casu tenetur capellanus per se vel per aliũ quotidie celebrare, videas notãter tradita in proposito per Barba. cõs. 32. lib. 2. Præterea cõtra Francum est gl. in c. 1. in gl. fi. de clerico ægrotante dicens, ꝙ clerici in ægritudine stipẽdijs suis priuari non debent.

68 Et facit alia glo. in l. arboribus. §. de illo. verb. AEgrotante. ff. de vsufruct. asserens famulo infirmo præstandum esse salarium etiam ratione temporis, quo infirmitate est detentus. quam plures sequuntur relatiá Couarr. d. c. 13. nu. 8. Sed verius est, fat esse, quòd ei cibaria & modicæ ac tenues expensæ præstentur ex eod. Couar. & alijs ab eo relatis. Quòd si forsan salarium fuerit solutum, tenebitur recuperata sanitate pro eo tempore, quo ægrotus fuit seruire vt constat ex capella Tholosana. 360. & tenet Montaluus in. l. 8. ti. 4. lib. 4. fori. in glo. fin.

69 Prædictam tamen conclusionem veram intelligas, quando infirmitas esset vera causa non interessendi diuinis officijs, nempè quia canonicus, qui nunc ægrotat, solitus erat tempore rectæ valetudinis officijs diuinis interesse, secùs verò si cum esset in bona valetudine non consueuerat horis canonicis assistere, quia tunc durante ægritudine nequaquam percipiet distributiones quotidianas. secundum Abb. in. c. 1 ad audientiam. nu. 5. de cleric. non residentibus. Seluam de beneficio. 4. par. q. 6. Couar. dict. nu. 8. versi. sexto. Gregorius Lupus in. l. fi. titu. 16. p. 1. in glo. fi. & dicit cõmunem opinionem Dominus Antonius Menesius quondam præceptor meus nunquam pœnitendus & generis nobilitate & eruditione præclarus in. l. 1. num. 44. ff. de legat, 2.

70 Subinfertur etiã, quod si beneficiarius potionem sumpserit vel medicinam aut sanguine minutus sit secundum iuris communis regulas seclusa etiã consuetudine, distributiones quotidianas lucrabitur prout apertè deducitur ex verbis nostri text. ibi, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas. quem ita intelligunt Archidia. & cæteri hic.

71 Et idem necessariò cõstituendũ erit, qñ canonicus iniustè sit incarceratus in eodẽ oppido, vbi ecclesia est, in qua Canoniã habet, cũ is absq; eius culpa in eodẽ loco existens interesse diuinis officijs impediatur. & ita resoluit Philippus Probus in additionibus ad Monachum hic. num. 22. & alij, quos refert & sequitur Couar. lib. 3. Variarũ. cap. 13. num. 8. versic. vndecimo, & duodecimò.

72 Deducitur etiam ex prædictis quod quanuis excõmunicato subtrahantur fructus, & prouentus sui beneficij, ex text. in. c. pastoralis. §. verum de appellationibus, quem ad hoc notat glos. in c. fi. verb. Datur. de rescript. suprà hoc lib. 6. & comprobat. l. 31. titu. 9. pat. 1. Plaça in Tract. de delictis. libr. 1. c. 11. nu. 7. & optimè Grego. Lup. in. d. l. 31. Imò ipso iure illos amittat: secundum Robert. Marant. de ordine iudic. 6. p. artic. 2. nu. 168. pag. 589.

Nam excõmunicatio inducit priuationem fructuum secundum Francũ. nu. 23. & Alexandrinum. num. 27. & 28. in. dict. §. verum: & ita verba illius tex. ibi, prouentus subtrahuntur. exponenda sunt, idest illos. amittit ipso iure: vel alterius exponas ex mente cõmuni, idest, nõ acquiruntur ipsi excõmunicato. Vnde si canonicus, vel alius beneficiarius excommunicatus percipit fructus sui beneficij tenetur in foro cõscientiæ eos restituere absq; vlla cõdemnatione, & declaratione. argu. text. in regul. peccatum, de regul. iur. in. 6.

73 Neque obstat glos. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. communiter recepta ex traditis per Simanças, de hæreticis. ca. 9. num. 27. cum sequentibus, quæ eam constituit regulam quòd pœna non debetur in foro conscientiæ: Nam illius glossæ opinio procedit in pœna amissionis bonorum, non verò in pœna non acquisitionis, vel incapacitatis, ex mente Caietani post Diuum

Thom.

Thom.2.2.queſt.62.artic. 3. & ſentit
Couar.lib.4.de ſponſalib. 2.p.c.8.§.9.
nu.8. Et ratio diſcriminis eſt: quia ille
cui eſt impoſita pœna amiſſionis bo-
norum:habuit à princ. titulum,& do-
minium,ille verò qui patitur pœnam,
non acquiſitionis. nullum habuit ius à
princip. & ideo mirum non eſt, quod
ad reſtitutionem teneatur. Itaque li-
cet excommunicatus fructus benefi-
cij nõ acquirat(cum ſit impeditus of-
ficium propter quod dantur exercere
ex regul.text.in dict.cap.fin.de reſcri-
74 ptis ſuprà. Hoc tamen intelligendum
eſt de iuſtè excommunicato. Cæte-
rùm iniquè & iniuſtè excommunica
tus,non ſolum fructus & redditus be-
neficij ſui exigere poterit: verumetiã
diſtributiones quotidianas, cum tem-
pore quo fuit excommunicatione ir-
retitus, præſens fuerit in loco ,vbi be-
neficium habebat: Conſueuerítq; diui
nis officijs ante excommunicationis
impedimentum intereſſe: ſecundum
glo.in cap.ſuper cauſa.2.quæſt.5.& in
cap.paſtoralis.§. verum de appellatio
nibus.Abbatem,Imolam, & doctores
cõmuniter, ibi, prout teſtatur Decius
ibidem, eandem opinionẽ tenet Fe-
lin.in cap.Apoſtolicæ.num.12.de ex-
ceptio.& ſequitur Couarr. dict.lib. 3.
Variar.cap.13.num.8.verſi.12. Qui-
bus abſoluitur huius text. interpreta-
tio ad laudem & gloriam Dei optimi
maximi,& ſacroſanctæ Virginis Ma-
riæ eius genitricis, & Diui Ioãnis Ba-
ptiſtæ honorem, necnon ad fœlicem
recordationem illius illuſtriſsimi prin
cipis Dñi ac Domini mei DIDACI
DE ANNAIA quondam Archie
piſcopi Hiſpalẽſis meritiſsimi,& Col-
legij Diui Bartholomæi in toto terra-
rum orbe celeberrimi rectoris, cuius
inſignibus iam multis retrò annis ſum
decoratus.

FINIS.

POST TENEBRAS

SPERO LVCEM.

EL Licenciado Diego Muñiz de Godoy Prouiſor en la ciudad y Obiſpado de Salamãca,por dõ Hieronymo Manrique Obiſpo del dicho Obiſpado,del Conſejo del Rey nueſtro ſeñor:por la preſente doy licencia a qualquier impreſſor deſta ciudad para que pueda imprimir el libro intitulado,Bonifacius Octauus in. c. Vnico,de clericis non reſidentibus, &c. compueſto por el Licenciado don Iuan Ocon, ſin que por ello inccura en pena,atẽto,que por mi ha ſido viſto y examinado. Fecho en Salamanca a ſeys de Abril de. 1588. años.

El Licenciado Muñiz de Godoy.

Garcia de Malla.

EN SALAMANCA,

En caſa de Pedro Laſſo.

1588.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm